Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ut ingrediar et faciam illud michi & filio
meo. ut comedamus et moriamur. Adquam
helyas ait. Noli timere. sed uade & fac sicut di
xisti. Veruntamen michi primum fac de ipsa
farinula subcinericium panem parvulum et af
fer ad me. tibi autem & filio tuo facies postea.
Hec autem dicit dns ds isrl. Hydria farine non
deficiet. nec lecitus olei minuetur. usque ad diem
in qua daturus est dns pluuiam sup faciem terre.
Que abiit & fecit iuxta uerbum helye. Et come
dit ipse et illa. & domus eius. Et ex illa die
ydria farine non defecit. & lecitus olei non est
inminutus. iuxta uerbum dni quod locu
tus est in manu helye. Matheum.
In illo. t. Locutus est ihc ad turbas &
ad discipulos suos dicens. Sup cathedram mo
ysi sederunt scribe & pharisei. Omnia q̄ que
cumque dixerint uobis seruate & facite. secdm
opa uo eorum nolite facere. Dicunt enim. & non
faciunt. Alligant enim onera grauia & im
portabilia & imponunt in humeros homi